This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L0
10
693



HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Do 10.693

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

De

OVIDII METAMORPHOSEON CODICE AMPLONIANO PRIORE.

Dissertatio inauguralis philologica,

quam

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis

in

academia Fridericiana Halensi

cum Vitebergensi consociata

ad summos in philosophia honores

rite impetrandos

scripsit

Rudolfus Grau

Saxo-Borussus.

Halis Saxonum,

MDCCCXCII

Formis Kaemmererianis.

So 10.693

HARVARD COLLEGE
JUL 1 1904
LIBRARY.

Constantius fund.

VIRO

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO

JOANNI CHRISTIANO

BARONI DE KAP-HERR

PROHLISIENSI

PIETATIS AC VENERATIONIS

MONVMENTVM.

Antequam A. Riesius anno 1889 editionem suam metamorphoseon iterum recognouit, codex Amplonianus prior a Merkelio, deinde autem a Kornio ad constituendum textum adhibitus erat. Quod cum praeter ceteros potissimum H. Magnus (Jahresber. d. philol. Vereins 1881, p. 337) improbauisset, Zingerle (cf. ed. med. praef. p. VIII) eum secutus librum ms omnino repudiauit. Postea Magnus sententiam suam longius persecutus in recensenda altera editione Riesiana (Berl. philol. Wochschrft. 1889 N. 41, p. 1301) de ratione, quae intercederet inter Neapolitanum librum et Laurentianum Amplonianumque, sic iudicauit: „Seit uns N." (scil. Neapolitanus) „genau bekannt ist, haben die viel iüngeren ς" (in quibus Laurentianum et Amplonianum numerat) „als Urkunden an Wert viel (alles?) verloren." Sed cum ceteri metamorphoseon codices summa diligentia ab H. Keilio, G. Meinckio, A. Riesio uu. dd. essent collati, ut iudicium de his libris mss bono fundamento fulciretur, Amploniani codicis lectiones, quarum paucas Merkelius commemorauerat, a Kornio non accurate exscriptas esse uidi. Qua de causa operae mihi pretium uidebatur esse denuo collato Amploniano libro examinare, quid reuera de hoc libro iudicandum esset.

Codex Amplonianus prior Erfurtanus, numero I designatus, membranaceus, forma maxima constat 58 foliis ita, ut quinque quaterniones (fol. 1. 7. 15. 23. 31), quorum primi duo folia (uu. I. 608-II. 227) perierunt, subsequantur duo quiniones (fol. 39, 49). Versus in paginis bipertitis scripti sunt centeni, sed tituli singulorum librorum binos uersus explent. Scriptura

est minuta eademque elegantissima; uersus paene euanidi I, 1—103, ex parte 104—112 et 304—309, XV 795—811. 818. 843—879 postea instaurati sunt.

Scripserunt codicem complures librarii; primus, quem ϵ^a dico, quinque quaternionum textum scripsit usque ad XI 126 perpaucis additis uariis lectionibus, glossis, scholiis. Alterum, qui eodem fere litterarum ductu usus est et qui desinit XIII. 437, ϵ^b dicere liceat propterea, quod opus ab ϵ^a inchoatum plane eodem modo continuauit. Ab his duobus librariis ϵ^a et ϵ^b plane diuersa est scriptura tertii ϵ^2, qui postremam codicis partem scripsit et hanc subscriptionem addidit:

„Expl. lib. Ouidii Publii Nasonis metamorphoseon, i. e. de transmutatione. —

Versus millenos bis sex in codice scriptos,
Sed ter quinque minus contulit Ouidius."

Idem librarius, quem ϵ^2 dixi, praeterea multa in priore parte codicis correxit, uarias lectiones et glossas fere omnes, scholiorum dimidiam partem addidit. Denique inuenitur manus quarti librarii ϵ^3, qui exiguum numerum uariarum lectionum et glossarum et reliqua scholia adscripsit.

De uetustate codicis Merkelius et Kornius inter se dissentiunt; nam ille s. XII, hic s. XIII librum exaratum esse contendit. Sed fieri non posse, ut Kornio assentiamur, litterarum usu atque forma accuratius consideratis patet. Quamquam enim quaedam inueniuntur, quae saeculi XIII usum prae se ferunt, tamen illorum numerus ualde exiguus est. Plurimis autem et grauissimis argumentis commoueor, ut librum inter annum 1150 et 1200, sed non multo post annum 1150 exaratum esse credam.

Exemplum, ex quo ϵ liber deriuatus est, scriptura simillima exaratum fuisse ideoque ipsum Amplonianum non ita multis annis superasse ex nonnullis peccatis librariorum potest colligi, cum litterae d et cl, r et c, alia confundantur.

Innumerabilibus autem notulis, quibus in codice ordo uerborum indicatur, aliisque id genus librum aut in scholis

usurpatum aut saltem ad scholarum usum scriptum esse demonstratur*).

In constituendo metamorphoseon textu Merkelius maxime est usus Marciano (Florentino) M**) saeculi XI exeuntis, secundo loco Laurentiano (Florentino) λ saeculi XI, tertio Amploniano ε saec. XII. Riesius neglecto codice ε ad textum constituendum exhibuit utrumque Florentinum et fragmentum Bernense s. VIII exeuntis; ubi M deest, ducem secutus est librum Hamburgensem nunc Hauniensem h s. XIII. Kornius Marcianum et fragmentum Londinense B ab illo primum adhibitum inter „codices meliores", libros λ h ε inter „codices audacissime interpolatos" numerauit.

Merkelius Marcianum et Laurentianum ab eodem antiquiore exemplo (A) esse descriptum iudicauit; cum quo etsi in uniuersum consentit Riesius, tamen duobus certe gradibus Laurentianum ab A distare opinatur, interposito codice, qui alias lectiones ab altera quadam familia in marginem receperat, quas Laurentianum deinde poëtae uerbis inseruisse putat. Kornius longius progressus Marciano et Laurentiano segregatis A primam, MB alteram, λ (h) ε tertiam tanquam recensionem eiusdem familiae A censuit esse iudicandum.

Cum apud hos omnes summa esset Marciani auctoritas, quamquam Kornius praecedente Merkelio in eo libro multos „errores aut properantia scribentis aut socordia ortos" inueniri concessit (cf. p. X), postea alii ipsius Marciani textum in dubium uocauerunt. Velut H. Magnus, de editione Korniana disputans (Jahresber. d. philol. Ver. z. Berl. 1881 p. 337)

*) Ceteros codices editores descripserunt: Marcianum Merkelius (ed. prior. p. III seq.) et Kornius (p. VIII seq.), praeterea autem A. Kunzius (P. Ouidii Nasonis De med. fac. Vindob. 1881 p. 5), qui u. d. primus uersus I, 1—445. III 111—IV 39. IV 261—700 in Marciano a manu recenti („saeculi, ut uidetur XIV.") has partes libri ueteris deperditas supplente scriptos esse docuit. — Laurentianus optime a Merkelio eodem atque Marcianus loco, fragm. Londinense a Kornio (p. VIII), Neapolitanus deniquea Riesio (ed. alt. p. XXX) descripta sunt.

**) Ad codices significandos siglis eisdem utor atque Kornius in ed. sua; in Neapol. sign. sequor Riesium.

quaerendum sibi esse putauit, num etiam Marcianus ut ceteri libri mss interpolatus esset, quod poestea (Jahresb. d. ph. V. 1889 p. 137) ipse adfirmauit. Deinde Hellmuthius (Sitzgsber. d. k. b. Ak. d. W. z. Münch., phil.-ph. Cl. 1883 p. 221—56) propter Marciani condicionem sane corruptam postulauit, ut etiam alii atque supra laudati codices adhiberentur. Sed hunc in improbando Marciano nimium fuisse Meiserus (Sitzgsber. d. k. b. Ak. d. W. ph.-ph. Cl. 1885 p. 53) uidit, qui fragmentis, quae Hellmuthius l. l. tractauit, nouam textus recensionem fulciri posse suo iure negauit.

Quae cum ita essent, Riesius ad alteram metamorphoseon editionem suam parandam Neapolitanum librum adhibuit, quem praestantissimum esse iam antea intellexerat. Nam cum ipse quoque sibi persuasisset de Marciano sese in priore editione paullo benignius iudicasse, etiam Merkelium laudandum esse censuit, quippe qui ex Erfurtano quamuis interpolato libro suis locis auxilium petiuisset (cf. ed. II p. XXX). Sed cum uir doctissimus Amplonianum antea plane neglexisset, postea eum huic libro propterea puto maiorem auctoritatem tribuisse, quod Neapolitanum multarum Amploniani lectionum testem antiquissimum esse intellexit. In fine praefationis nouae (p. XXXII) u. d. stemma eorum codicum, qui accuratius adhuc descripti sunt, usitato more depingi posse negat, quippe qui omnes atque etiam archetypi eorum ex antigraphis emendati uel coniecturis mutati sint. Quod stemma ab illis, quae Merkelius et Kornius et ipse quoque Riesius olim probauerant, ualde discrepare neque tamen ueram necessitudinis rationem codicum illustrare facile apparet. Qua de causa mihi liceat, iterum in hanc rem inquirere et libros mss, qui sunt grauioris momenti, BMN$\lambda\varepsilon$, examinare et inter se conferre. Quoniam autem propter infinitam et immensam materiam per totum carmen Ouidianum hoc fieri nequit, electa una carminis parte corruptelas, quibuscunque illi quinque libri laborant, promam promptasque inter se conferam, qua re intellegi posse opinor, quaenam necessitudinis ratio inter illos libros intercedat. Ut etiam fragmenti Londinensis ratio haberi possit, elegi quinti libri uersus 1—389 et 588—678.

In uersibus, quos modo indicaui, inueniuntur corruptelae omnium codicum communes hae: 74 *sueni(y)tes* codd.; *Syenites* ed. princ. 80 *amoto* B, *ammoto* M, *admoto* Nλ, *admotum* ε; *hamato* Heinsius ex diuersa lectione codicis Louanensis recepit. 97 *odi(y)tes* codd.; *Hodites* Planudes. 98 *prothenora* codd.; *Prothoënora* recte; 10f *inuict(us* i. ras.) BM, *inuicti* Nλε; *inuictus* r. 110 *amphi(y)cus* codd.; *Ampycus* corr. Heinsius. 120 *poste* codd.; *posti* Priscianus. 155 *simul* codd.; *semel* Heinsius. 163 *molpheus* codd.; *Molpeus* r. 238/39 *protheum. protheus* codd.; *Proetum. -us* r. 242 *polidecte* BMNε *polidete* λ; *Polydecta* r. 252 *cy(i)pro* codd.; *Cythno* Planud. 329 *in coruo* (ex *ceruo) est* BM, *in coruo est* Nλε; *in coruo* r. 373 *quoque* codd.; *quae* r. 383 *cornu* MNλε (de B non const.); *cornum* Priscian. 634 *locus* codd.; *lacus* ε^2 r.

Quoniam archetypi uestigia cognosci solent, ubicumque libri mss eodem loco easdem corruptelas passi sunt, etiam his, quos enumerauimus, locis probatur cognatione omnes quinque libros esse coniunctos. Quamquam horum locorum numerus haud ita magnus est, si contra respexeris, quot locis duo aut tres illorum codicum corruptelis inter se consentiant, de quo infra nobis disserendum erit. Praeterea pleraeque illarum corruptelarum inferioris momenti et in eo genere uitiorum, quae pertinent ad rem orthographicam, habendae sunt, qualia fere innumerabilia in singulis codicibus inueniuntur (uelut 74. 80. 97. 98. 110). De his peccatis, quae ex orthographia*) pendent, nunc fusius mihi uidetur disputandum esse, ut, quid ex hac re efficiatur, uideamus.

Ac Merkelius quidem, cum prioris editionis praef. (p. VIII) de orthographia a Marciano, Laurentiano, Amploniano adhibita disputaret, satis multis adlatis exemplis docuit bonam atque barbaram scripturam in his codicibus — atque etiam

*) Cum orthographiam dico, uim, quae in ipso uocabulo inest, latius uelim patere, ut orthographiae peccata omnino accipiantur, ubicumque litterae aut uocales aut consonantes confusae aut omnino falso usurpatae sunt.

in Marciano quamuis alios codices sua uirtute superante — ita adhiberi, ut harum rerum summa sit inconstantia atque licentia. Quod idem in uniuersum cadit in B et, ut ex eis apparet, quae Riesius praef. ed. II p. XXXI disputauit, etiam in N.

Inconstantia illa, quam modo commemoraui, perspicitur plerumque in syllabis non acutis, quibus in pronuntiandis uox submittitur, i. e. quae in thesi sunt; neque tamen eae syllabae, quae sunt in arsi, eiusmodi corruptelis uacant. Saepissime autem confunduntur litterae uocales i et e, o et u, e et a, o et e, o et a.

Velut **i et e**:

47 *gang(e* ex *i)* M; *Gange* recte. 86 *caucaseumque* MN$\lambda\varepsilon$; *-iumque* r. 87 *hilicen* M; *Helicem* r. 120 *poste* omn. codd.; *posti* Prisc. 124 *ci(y)nipheus* BM$\lambda\varepsilon$; *-ius* N r. 144 *mi(y)ndesius* BMNε; *Mend.* r. 168 *molpea* ex *mollia* B, *molbia* ex *mollia* M, *molfia*$^{e(b)}$ N; *Molpea* r. 296 *loquentis* BM; *-es* r. 344 *possim* BN *possim* M; *possem* r. 363 *uidit* BM; *uidet* r. 658 *recepit* λ; *recipit* r. — in thesi, 48 *lennee* i. ras. ε, *Limnaee* prob. Magnus. 102 *demouet* ε; *deuouet* r. 110 *timpora* Mε, *t(i* ex *e)mpora* N.; *temp.* r. 121 *elisit*$^{i(2)}$ MNλ; *inlisit (illisit)* r. 233 *deriguit* MN prob. Riesio; *dir.* cett. 646. 53 *treptolemo -mus* N; *Tript.* r. 646 *part(i* ex *e)mque* N; *partimque* r. — in arsi. Frequentissima litterarum i et e fluctuatio est in uerbis compositis a *di-* aut *de-* incipientibus, ~~in casu ablatiuo tertiae declinationis,~~ in *possim* aut *possem*, similibus.

o et u:

4 *nontiet* ε; *nun.* r. 103 *amplex(o* ex *u)* M; *amplexo* r. 279 *nomina* M, *nomina* ε, *nomina* λ; *num.* r. 327 *recoruis* M; *recur.* r.—semper in arsi.

e et a:

20 *lauabere* λ; *leu.* r. 168 *uulnera* BM; *uulnere* r. 354 *pondere*$^{a(b)}$ M, *ponder(a* i. r. b.) N; *pondera* r.—i. thesi.

o et e:

217 *pignera* M; *pignora* r. 646. 53 *triptolomo* λ; — *lemo* r. — i. thesi.

o et a:

125 *marmoridę* ε; *Marmar.* r. 174 *uolentes* M; *ual.* r. — i. thesi.

Ex consonantibus saepe confunduntur

b et u:

21 *leua(b* ex *u)ere* M, *le(t* ex *u)abere* N; *leuab.* r. 62 *aceruo* BM; *acerbo* r., sed 88 *acerbos* M; *aceruos* r. 74 *phor(b* ex *u)as* N; *Phorb.* r.

Deinde litterarum p. ph. f aut t. tt. th aut c. ch modo hae modo illae falso exhibentur. Aspiratio quoque siue initialis siue media perperam adhibetur aut intermittitur uelut: 17 *hammon* MNε, *amon* λ; *Ammon* r. 39 *ex osse* (eras. *h* ante *o)* M, ut uideatur extitisse in archetypo *ex hosse*, ex quo peccauerunt *ex hoste* BN; *ex osse* λε r. 62 *exalantem* ε prob. Riesio; *exhal.* cett. 80 *amoto* B (~~cf. quae cett. codd. hoc loco interpol.~~); *hamato* r., ut uideatur in archet. extit. *amato.* 98 *i(y)pseus* λε; *Hyp.* r. 110 *amphycus* omn. codd.; *Ampyc.* r. 221 *nil* λε; *nihil* r.

Restat, ut huc referam locos hosce:

97 *phleigamque* λ; *Phlegyanque* r. 268. 80 *m. emonidas* M, *me. ony(i)das* (ex *memon.)* B^1ε, *meonidas* N, *mennonidas* λ. 276 *daulia* λ; *Daulida* r. — *limite* M; *milite* r. 295 *salut(andum* i. ras.) B; *salutantum* r. 301 *Hau(s* ex *x)erunt* N; *auxerunt* r. 339 *cordas* Nε; *chord.* r. 354 *remolliri* BMλ, *remo. liri* N; *remol.* r. 356 *premit* B, *(t* i. ras.*)remit* M; *trem.* r.

Quae omnia a neglegentia librariorum repetenda sunt, siue oculi, siue dictante aliquo aures eorum obturbabantur. Veram rationem autem, quae inter singulos libros intercedat, tali rerum statu haud facile perspici apparet. Librariorum neglegentia cognoscitur etiam ex falsae elisionis sane multis exemplis, e quibus haec adferre liceat:

65 *pueri efato* N; *pueri fato* r. 169 *fuge est* M; *fuga est* r. Praeclarissimum mihi uidetur esse 142, ubi N archetypi lectionem

seruasse opinor *graui est librata*, quam BM *grauis* pro *graui est* scribentes corruperunt. λ recte omisit *est*, quod ε post *lacerto* posuit. Id *est*, quamquam quin sit tollendum dubitandum non est, tamen in codicibus uetustissimis extitisse ex eis, quae exposui, apparet. Ex aliis libris etiam haec exemplа rem declaranta adfero: IV 752 *in aequor erat* ε; *i. aequore e.* r. VI 67 *idest* M, *est* in N a m b add.; *idem est* r. VIII 695 *tanta aberant* ε; *tantum* r. X 523 *ipse est* ε; *ipso est* r. X 685 *ipsam exhortor* Nε; *ipsa e.* r. IX 620 *coeptum expugnare* N i. ras. λε; *coepta e.* r. XIII 747 *dea est* hε; *deam e.* r. XIII 767 *in aquam et* omn. codd.; *in aqua et* r. XIV 20 *regnum est* Nλε; *regni est* r. all.

Cum autem libros tali modo confectos et erroribus multis obnoxios corrigi oporteat, etiam hi metamorphoseon codices correctorum curam experti sunt. Ut omittam fragmentum Londinense et codicem Laurentianum, Marcianus, siue dum scribitur, siue ubi primum est absolutus (cf. Kornii praef. p. IX), Neapolitanus, antequam litterae initiales pictae sunt (cf. Riesii praef. II p. XXXI), ab alia manu correctus est; Amplonianum autem ab eo, qui priorum librariorum opus continuauit et ad finem perduxit, correctum esse ~~supra~~ uidimus (p. 6). Quas mutationes uirorum doctorum quidam iudicauerunt nullius esse pretii (cf. Magnus, Berl. Phil. Wochschr. 1889 p. 1301; Kornii ed. p. IX), et profecto satis multi sunt loci, in quibus correctores uerba non tam correxerunt quam corruperunt. Neque tamen adfirmauerim praeter ea, in quibus manifesta scripturae menda correcta sunt, reliqua omnia a librariis interpolata esse. (Nam permulta codicum fide ita confirmantur, ut Marcianus ad Laurentiani et Amploniani, hi ad illus normam uideantur correcti esse, Neapolitanus autem, ubi manus prima cum M conspirat, ibi Laurentiano et Amploniano saepe adaptatus sit (cf. Riesii praef. p. XXXI.) Sed ne iis quidem locis, ubi aliorum codicum fides non accedit, correctorum lectiones plane neglegendas esse satis multis

exemplis comprobatur, ubi Amploniani codicis corrector genuinam lectionem (ex meliore codice, ut uidetur,) receptam solus seruauit. Velut:

I 155 *subiecto* ε^2 prob. Merkel. Korn.; *subiect..* (fuisse uidetur *subiectae*, quod est in frgm. Bernensi et Riesio probatur), *sublecto* N, *subiectum* $\lambda\varepsilon$. I 166 *animo* ε^2; *animos* add.$^{n.}$) N, *animos* cett. codd. III 631 *aque mero* ε^2; *atque m.* cett. V 48 *lennee* $\varepsilon^{2(?)}$; *limnate* BMN, *limniate* λ VI 53 *consistunt* ε^2 prob. Merkel. Korn.; *constituunt* cett. prob. Riesio VI 212 *reccidat* ε^2; (*deci* i. ras. a m.^{b})*dat* N, *decidat* cett. VI 422 *subuectaque* ε^2; *subiectaque* cett. VII 182 *recinctas* ε^2; *relictas* Mλ, *relictis* i. ras. a m.^{b} N VII 386 *dextera* ε^2; *dextra* cett. VII 824 *ficti* ε^2; *f*(*i* ex *a*)*cti* N, *facti* Mλ VIII 197 *renidenti* ε^2; *renitenti* cett. VIII 409 *Quo bene* ε^2; *cui b.* cett. VIII 542 *parthaonię* ε^2; *post...* (*rth* dispicitur)*aonie* N, *p*(*ost* i. ras.)*aoniae* (uidetur fuisse *parthaoniae*) M, *post aenie* λ, *post oenyę* ε XIV 724 *tui* ε^2; *tibi* M λ, *m*^{i} $N^2\varepsilon^1$.

Omnes autem quinque libros, de quibus dixi, ex exemplis litteris minusculis scriptis ductos esse plurimis corruptelis satis certo comprobatur et ex eis potissimum locis, ubi c et t, c et r, r et t, cl et d all. confunduntur, adparet. Merkelius quidem archetypon Marciani et Laurentiani decimo saeculo exaratum fuisse opinatus est (p. IV), Kornius exemplum illud, ad quod omnes libros redire putauit, saeculo IX paullo uetustius fuisse coniecit. Quare magni momenti ~~non~~ est in singulis codicibus etiam uestigia quaedam inueniri, quae ad maiusculorum litterarum scripturam uideantur ducere*). Nam ad

*) Velut ad exemplum maiusculis continuis scriptum, in quo singula uocabula non distincta erant, redire uidentur haec:

70. *adiitque inspectus* B, *adiitque impectus* M; *adigitque in p.* r. 116 *seuum mucronem* BM (ex LEVOMVCRONEM) 144 *encheladon* ε; *et Celad.* r. 232 *conantis* (*s* eras.) *sua* N; *conanti sua* r. 312 *et thiantea* λ; *et Hyantea* r. 386 *percus, aquae non* BM recte; *percus a non* N omisso *aquae*, unde *pergusa non* $\lambda\varepsilon$. 669 *ridentemq. athides* BM; *rident Emathides* r. — Ex aliis libris: II ubique

exempla his litteris conscripta libri non recta, ut ita dicam, uia redeunt*). Itaque quoniam de his potissimum libris, qui minuta scriptura exarati erant, agitur, quaerendum est, quomodo metamorphoseon textus ante libros quos tractamus confectos, i. e. saeculo fere decimo sese habuerit.

In Amploniano igitur libro manus tertia ε^2, ut iam supra dixi, partes a prioribus librariis scriptas ita correxit, ut aut pristina lectione deleta nouam in rasura substitueret, aut — id quod plerumque factum uidemus — pristina lectione seruata nouam adscriberet. Quod si in ea parte, quam ε^2 ipse exarauit, uariae lectiones omnino non inuenirentur, concludendum erat ε^2 alio atque ε^a et ε^b librarios exemplari usum esse, cuius ad normam priores libri partes corrigeret. Sed quia ipse quoque uarias lectiones addidit, etiam codicem illum quem descripsit uariis lectionibus repletum fuisse adparet; ex quibus priores librarii suas elegerunt, ut iam hac ipsa re Amplonianum modo cum hoc modo cum illo libro ms consentire manifestum sit. Simillima est Marciani ratio, cuius uarias lectiones a prima manu additas iam in fonte Marciani extitisse uerisimile est, quem fontem non solum uariis scripturis, sed etiam interpretamentis, locis similibus adnotatis, interpolationibus oppletum fuisse Merkelius opinatus est (praef. I p. IV). Neque aliter res se habet in fragm. Londinensi, codice Laurentiano, praecipue autem in Neapolitano. Accedit quod in Amploniano libro scholia inueniuntur, quibus hic illic duae diuersae lectiones sicut in ipso textu commendantur. Quae scholia cum olim ab ipsis librariis inuenta et composita esse putassem, ex antiquiore commentario fluxisse mihi persuasi, postquam a Meisero (Ber.

---

cy(i)gnus pro *cycnus* M N ε. III 217 *Canache Sticteque* B M recte, *canaches tictęque* N, *canathes ticteque* ε, *canaces tacteque* λ VI 635 *degeneras scelus* N ε M^2 recte, *degener ascelus* M, *degener hascelus* λ, *degenera scelus* ε^2 XI 763 *gracili conata* M N, *gracili cognata* $\lambda\varepsilon$ pro *Granico nata* XIV 185 *fluctus uentusue* M recte, *fluctusue.. Ito . . u . . ue* (corr. *lapisue*) N, *fluctusue lapisue* ε, quod ex FLVCTUSVENTVSVE legi potuit, *fluctus lapisue* λ priore *ue* om.

*) Quod ita se habere intelleges, cum fragmentum Lipsiense, de quo Hellmuthius l. l. p. 223 disputauit, comparaueris.

d. k. b. Ak. d. W. Ph.-philol. Cl. 1885 p. 47 seqq.: *Ein Commentar zu den Metamorphosen des Ouid*) scholia simillima codicis Benedictoburani tractata esse uidi. Nam cum Be codex eadem fere aetate atque Marcianus scriptus sit, commentarium ipsum, cuius epitome scholiis illis continetur, saeculo XI uetustiorem fuisse statuendum est. Hoc utique constat ante saeculum undecimum textum metamorphoseon in diuersas recensiones discessisse, quarum uestigia uariis potissimum lectionibus, fortasse etiam glossis et interpretamentis, quae in codicibus inueniuntur, cognoscantur. Neque tamen ullus ex iis libris quos tractamus unam aut alteram illarum recensionem per se solam continet (cf. exempla infra adlata), immo omnes libri ex his recensionibus ita compilati sunt, ut modo huius modo illius recensionis lectionem sequantur*). Priusquam Neapolitani codicis scripturae editae erant, uu. dd. Laurentiani et Amploniani lectiones refutandas esse censuerunt, quippe quae recentiorum essent librorum. Sed ipso Neapolitano adhibito, qui satis multarum lectionum, quae in illis libris inueniuntur, testis est, eas uetustate Marcianis non esse inferiores probatum est, qua re, qui antea unum Marcianum codicem ut uetustissimum secuti erant, haud scio an hic illic errauerint. Duplicis autem metamorphoseon recensionis, qualem iam ante libros mss conscriptos extitisse statuendum est, haec uestigia in uersibus a nobis tractatis inueniuntur:

2 *fremida turba* M et olim BN | *fremitu turbae* B corr. N^2 M^b $\lambda\varepsilon$ 35 *exiluit* BMN | *exiliit* M^b $\lambda\varepsilon$ 42 *dicunt* BMN | *dicant* $\lambda\varepsilon$ 48 *limnate* BMN, *limniate* λ *linnate* ε^2 | *lennee* i. r. $\varepsilon^{2?}$ quod ex *Limnaee* corruptum est. 59 *laudatos* BMN | *foedatos* M^b $\lambda\varepsilon$. 86 *sperchionidemque* BM (N olim?) ε^2 | *spercheyademque* $\lambda\varepsilon$ *sperc(hya* i. ras. a m. b)*demque* N 95 *de corpore* $\lambda\varepsilon$ | *de uulnere* $\overset{i}{\text{BMN}}$ *hic* a uu. dd. improbatum 97 *tum* M, *tunc* B | *hic* N$\lambda\varepsilon$ (recte? — *tu* — *iaces* Haupt. *dux* Ries.) 102 *deuouet* NM^b, *demouet* corr. in

*) Etiam codicem Harleianum (s. X. ex.) a R. Ellisio in Anecd. Oxon. cl. I, V 1885 publici iuris factum ex archetypo uariis lectionibus oppleto fluxisse textumque duabus recensionibus mixtum praebere; demonstrauit R. Ehwald, Burs. Jahresb. 1885 II p. 183.

dimouet ε | *deuocat* BMλ; *deuocat* ł *deuouet* ε^2 108 *inuict(us* ł *leuo* i. ras.) BM | *inuicti* Nλε 116 *laeuo* Nλε | *seuum* M *seuum* B 127 *manu* Nλε prob. Riesio | *manum* MB prob. Merk. Korn. 131 *(far* i. ras. a m.^{a}*)ris* BM, *farris* $\lambda\varepsilon^2$ | *(t* i. r.*)uris* N, *thuris* ε. 172 *percussae* MN *percuss(ę* i. ras.) λ | *percussa* Bε 175 *inermia* ε probb. omnib. | *inertia* BNλ, *inhertia* M 181 *miracula* λε, M i. ras. corr. | *oracula* BN, M olim? 195 *non* ε M^b probb. Merkel. Ries. | *cur* B, *cu(r* a m.^{a} ex *cum)* $NM^b\varepsilon^2$ prob. Korn., *cum* M, *tum* λ 199 *silex* B | *silet* cett. 230 *(forcini* i. ras. a m.^{b}*)da* N, *forcinida* i. ras. M^b, λ? *phorchinida* ε | *cepheida* B 232 *uertere* BMNλ | *flectere* εM^b 301 *turbam* Nλε M^bB^b | *poenam* *a* BM 319 *gigantas* BN *gigantes* M | *gigantes* λε 331 *ibidis* *b* Nλ, *i. idis* M, *ybidis* i. ras. ε | *isidis* B, M olim? 334 *uacet* Bλ *uac(at* ex — *et)* M, *uac(at* i. ras.) N, *uacet* ε 344 *possem* $M^b\lambda\varepsilon$ | *possim* BMN 363 *depositique metus* BλM probb. Merk. Ries., *deposit(i* i. ras. a m.^{b}*)que metus* N *deposuitque metus* ε | *depositoque metu* M olim, ε^2, N olim? prob. Korn. 385 *hennaeis a moenibus altae* BM | *ethnaeis a montibus altus* N — *ethnaeis a moenibus altus* λε 598 *ripae* $\lambda\varepsilon^2$ probb. omn. | *fontis* cett. 662 *doctum cantum* B | *doctus cantus* N, *doctos cantu's* i. ras.) M (*d* i. ras *)ictos cantus* λ, *dictis cantum* ε 665 *facerent* $\lambda\varepsilon^2$ *(fa* i. ras.*)cerent* M | *iacerent* Nε. M olim?, de B nihil constat.

Quoniam de uniuersa codicum ratione dixi, iam ad singulos libros mss accuratius tractandos accedam, ut, quid de ratione ac fide eorum constitui possit, exponam. Vetustissimi igitur codices B et M ita inter se consentiunt, ut Kornius codicem B paene gemellum Marciani codicis appellet. Sed cum ex uno archetypo haud dubie hi duo libri ducti sint, M paulo longius ab illo distat quam B et fortasse uno interiecto codice e communi fonte deriuatus est.

Communes autem utriusque codicis sunt plurimae corruptelae;

leuiores quidem hae:

62 *aceruo* BM; *acerbo* recte 70 *adiitque inspectus* B, *adiitque impectus* M; *adigitque in p.* r. 75 *amphimeon* BM; *Amphimedon* r. 87 *cliciumque* B, *clit.umque* M; *Clytumque* r. 142 *grauis* B, *grauis* M; *graui* r. 168 *uulnera* BM; *uulnere* r. 215 *obliqua* BM; *obliquaque* r. 296 *loquentis* BM; *loquentes* r. 303 *pyreus* BM; *Pieros* r. 329 *coruo* ex *ceruo* BM; *coruo* r. — *semelia* BM; *Semeleia* r. 331 *isidis* B, *i. idis* M; *ibidis* r. 353 *eiactat* BM; *eiectat* r. 356 (*t* i. ras.)*remit* M *premit* B; *tremit* r. 363 *uidit* BM; *uidet* r. 386 *percus* BM; *Pergus* r. 607 *cillenen* BM; *Cyllenenque* r. 608 *erimantha* B *erimantha* M; *Erymanthon* r. 626 *miserere* B, *misere..* (post *e* ras.) M; *miserae* r. —

grauiores:

89 *Phineus ausus erat* BM; *nec Phineus ausus* r. 116 *seuum* B, *seuum* M; *laeuo* r. 168 *molpea* ex *mollia* B, *molbia* ex *mollia* M; *Molpea* r. 301 *poenam* BM; *turbam* r. 382 *auolat arcu* B, *auolat arcu* M; *audiat arcus* r. 386 *aquę cingen latus omne suisque* B, quae uerba ex u. 388 falso translata etiam in M extitisse rasura adparet, in qua m.² *non illo plura Caystros* recte scripsit. 669 *ridentemque athides* BM; *rident Emathides* r. 670 *conanteque* BM. *conataeque* r.

Accuratius utriusque codicis natura perspicitur ex iis corruptelis, quae unius cuiusque propriae sunt.

Quod liber B 181 *alium,* 345 *est* omisit, 181 *et mentitus* pro *ementitus* praebet, maioris momenti non est; neque 387 *pauentibus* pro *labentibus* mirum esse potest, si memineris quod supra de b ut u litteris confusis exposui, et fieri potuisse, ut in archetypo b pro l legeretur. Jam archetypum corruptum fuisse patet etiam u. 295 *saluta(ndum* i. ras.), ubi M *salutatai* exhibet. Neque eo, quod B 230 *cepheida* pro *phorcynida* scribit, fides eius minuitur propterea, quod uera lectio, quam M et N praebent, in utroque codice in rasura scripta est. Grauius est 343 *sumum(st* a. m. rec.) pro *sunt,* unde scriptura codicis Berneggeriani *sumus* orta uidetur esse, quamquam etiam

in N post *sunt* rasura est; grauissimum autem 38 *ahoei* et *chinei* pro *rhoeti* puto esse. Nam etiamsi hoc nomen iam in archetypo corruptum fuisse uerisimile est propterea, quod ceteri codd. omnes in *Rhoeti* fluctuant (*rhoechi* M, *rhethi* N, *rethi* λ, *rętthi* ε), tamen illi proxime ad uerum accedunt, ut etiam B librum uehementioribus mutationibus non abstinere adpareat. Neque tamen dissimulandum est huiusce modi exemplum praeter hunc unum locum non inueniri in iis uersibus, quos tractamus, qua re satis probatur fragmentum Lond. uirtute ceteris codd. praestare.

Multo saepius quam in libro B peccatum est in M. Librarium cum properantia et socordia scribentem opere ita functum esse, ut, quo longius opus procedit, eo maiore indiligentia codex sit depictus, Kornius (p. X) adnotauit praecedente Merkelio (I p. XII); qua re permulta aut ipsi librario aut correctori postea corrigenda fuerunt. Nam horum manus in scriptura codicis non semper certo distingui possunt.

Leuiora sunt haec:

26 *affissa* pro *affixa* 87 *hilicen phalegiamque* pro *Helicem Phlegyamque* 221 *cessisset* pro *cessisse* 247 *pignera* pro *-ora* $^{n(b)}$ 295 *salutatai* pro *salutantum* 357 *pareat* pro *pateat* etc.

Multa correcta sunt,

uelut: 1 *d . anaeius;* 21 *leua(b* ex *u)ere* 34 *(str* i. ras.*)atis* 29 *intellege . .* (eras. *re)* 39 *quae* corr. in *qui* 47 *ath . is — gang(e* ex *i).* 64 *arrip . it* 85 *cretum* ex *cretus* 103 *amplex(o* ex *u).* etc.

Saepe uera et corrupta simul scripta sunt, ubi in ipso archetypo uariae lectiones uidentur adscriptae fuisse:

127 *(reni* i. ras.*)tente*; *retinente* recte 169 *fuge* $^{a(b)}$; *fuga* r. 174 *uolentes*; $^{a(b)}$ *uial.* r. 205 *astigea*; $^{a\ s}$ *Astyages* r. 276 *limite* ; *mil.* r. ^{u} ^{v} ^{c} $^{milite(b)}$ $^{patientia(b)}$ 302 *armis; aruis* r. 327 *recoruis* 334 *neo; nec* r. 373 *potentia; pat.* r.

Sed etiam lectiones non tam correctae quam deprauatae occurrunt:

$^{s(b)}$ 11 *falsum; falsum* r. 69 *spectata* ex *spectatā;* 96 *de(i* ex *f)ectos* 143 *cl . inis*; *Clanis* r. 334 *uac(at* ex *et).*

Quibus locis haud scio an nouandi uel interpolandi studium perspiciatur, quo et ipse librarius (cf. 96) et corrector (11. 69) uidetur incensus fuisse. Neque tamen iis solum locis, qui commutati sunt, sed etiam aliis interpolamenta irrepsisse efficitur ex locis uelut 88 *instructos; exstructos* r. 179 *conuertite; auertite,* ubi sola nouandi cupiditate composita mutata sunt.

Quae cum ita sint, Marciani condicio ea est, ut in adhibendo codice cautione opus sit. Nam a librario negligenti, qui nouandi studio interdum lectiones commutauit neque interpolando abstinuit, exaratus, ab altera manu, quae non semper genuinam lectionem restituit, sed potius deprauauit, correctus, ex exemplo, quod iam interpolatum erat, deriuatus Marcianus haud scio an magis idoneus sit ad scrupulos mouendos quam tollendos.

Archetypum Marciani iam fuisse interpolatum exemplis, quae etiam in B esse supra uidimus, adparet his: 89 *Phineus ausus erat,* ubi omisso *nec* archetypi librarius ad metrum restituendum *erat* intrusit; 382 ubi pro genuino illo, sed fortasse non satis expresse scripto AVDIATARCVS legebatur AVOLATARCVS quod non intellectum archetypi librarius commutauit in *auolat arcu,* sed supra scripto illo *auolat arcus* ab M seruato.

Ut complectar, quod de B et M iudicandum est, uterque ex uno eodemque exemplari iam interpolato, uariis lectionibus
t leuo
(cf. 116 *seuum* M), glossis, interpretamentis (cf. 301 *poenam* MB = *auxerunt uolucrum turbam)* instructo ita deriuatus est, ut B diligentius M negligentius confectus sit; uterque ipse quoque interpolando non abstinet ita, ut in Marciano pro aetate eius interpolata saepius occurrant quam in B. Nam quo quis codicum metam. aetate inferior est, eo uehementioribus mutationibus laborare solet, id quod ex λ et ε libris potissimum adparet, ut infra uidebimus. Homines enim illius aetatis Ouidii carmina, quibus ualde delectabantur, etiam critica quadam ratione tractasse in primis scholiis Benedictoburanis (cf. Meiseri l. l. p. 67) patet; huiusmodi autem studia critica,

cum uilissima essent, textui metamorphoseon nocuisse luce est clarius.

Quoniam de B et M libris exposui, nunc mihi de Neapolitano disserendum est. Atque N librum cum codicibus supra tractatis adfinitate iunctum esse his uersuum, quos tractamus, locis cognosces: 39 *ex hoste* BN, *ex . osse* (eras. *h*) M; *ex osse* recte 48 *limnate* BMN; *Limnaee* r. 95 *de uulnere* BMN; *de corpore* r. 135 *bactreus* BMN; *Bactrius* r. 147 *thoastes* BMN; *Thoactes* r. 151 *impugnante* ex *impugnare* BM, *impugnare* N sed corr. ^{b}; *impugnante* r. 181 *oracula* BN, (*mi* i. r.)*racula* M; *mirac.* r. 287 *pyroneus* BMN; *Pyren.* r. 344 *possim* BMN; *possem* r.

Cum uno B libro, si discesseris a u. 39, N praeterea corruptelis omnino non congruit; illa autem u. 39. corruptela eiusmodi est, ut utriusque codicis librarios per se solos fortuito in illam mutationem incidisse putari possit (cf. p. 11). — Cum uno M haud scio an his tribus locis rationem habeat N: 47 *ath . is* M, *athi . s* N; *Athis* recte 163 *$\overset{c}{\text{e}}$themmon* M, *$\overset{a(b)}{\text{e}}$(t* ex *c?)hemon* N 354 *pondere* M, *ponder*(*a* i. r. ^{b}) N; *pondera* r.

Sed cum pleraeque corruptelae, quas enumeraui, leuiores sint eiusque generis, de quo supra, cum de codicum orthographia disseruimus, expositum est, maximi momenti mihi uidentur esse lacunae illae 342 et 370/71. Quarum prior ita expleta est, ut u. 342 in B ab alia, in N ab ipsa prima manu inter uersus interpositus, in M cum u. 343 item per neglegentiam omisso in margine „olim“ additus sit. Simili ratione 370/71 uerba *ipsumque, regit qui numina ponti.* | *tartara quid* in B omissa, *ipsumque, regit qui num. terre.* in M a m.^{a} in ras. scripta, *ipsumque, regit qui num. terrę* | *tartara quoque cessant* in N inter uersus, sed a prima manu addita sunt. Unde patet omnes tres libros mss ad archetypon redire, in quo uu. 342 et 370/71 omissi, sed, quoniam N eos interposuit, fortasse in margine adscripti erant*).

*) Corruptela 370/71 in M olim eadem fuit atque in B; genuinam 370 in ras. scripsit M^2 teste Kornio, ut eundem M^2(non M^b, quod mauult Kornius) etiam uersum 371 in marg. adposuisse uerisimile sit, ni forte omnino pro M^2 scribendum est M^b.

Quae cum ita sint, demonstratum mihi uidetur adfinitate codices ita esse coniunctos, ut, cum necessitudinis uinculum omnes tres libros contineat, artiore adfinitate praeterea B et N omnino non, M et N uix cognati sint propterea, quod ratio, quae inter B et N aut M et N intercedit, alia est atque illa, quam inter M et B intercedere uidimus. Quum hi artissima adfinitate coniuncti sint, libri BM ab N remotiores sunt, ut, etiamsi omnes ad idem archetypon redire concedendum est, tamen ab hoc diuersa ratione distent.

Quod attinet ad fidem, quam N habet, codicem olim, priusquam a manibus b et n correctus esset, diligenter et distincte exaratum fuisse Riesius (p. XXX.) testis est, ut dolendum sit, quod b aut n multa deleuit, quibus, si hodie extarent, facilius codicis N ratio perspiceretur. Sed ne prima quidem manus commutando, corrigendo, deprauando abstinuit, id quod sane multis locis patebit. Praeter eos locos, qui recte emendati sunt, uelut:

47 *athi.s* 53 *madidos* ex *-um* 58 *conf(undit* i. r. b) 74 *phor(b* ex *u)as* 79 *(eri* i. r. b *)tum* 118 *mirabile* 139 *exa . cta* 151 *impugnare* corr. b. 159 *praeter quoque l.*, corr. b. 241 *colobriferi*, corr. n 284 *intrabimus*, corr. 351 *(lili* a m.^{2}*)beo* 354 *remo . liri* 374 *minuantur* 607 *u(s* i. r.*)que* 627 *adit*, corr. b. 646 *part(i* b ex *e)mque* 649 *auertitur*, corr. b., ut 151. 159. 241. 284. 627. 649 prior lectio deprauata seruata sit;

saepe mutationibus corruptum inuenimus textum:

15 *seruat*(am i. r. b); *seruatae* recte 118 *canit* i. r. b; *fuit* r. 203 *etiam nunc u. l.* i. r b; *etiam num* r. 212 *uoca(uit* i. r.); *uocatum* r. Pristina bona lectio etiam nunc cognosci potest his uersibus: 21 *que* eras. 301 *Hau(s* ex *x)erunt* 378 *ea* eras. *tibi* i. r., quae prima manus peccauit, deinde 113 *cane(bas* ex *ndo)* 173 *lamina(ā)* 215 *con(uers* ex *fess)asgne*, quae manus b aut n deprauarunt. Bonam lectionem olim etiam 15. 118. 203. 212 extitisse uerisimile est.

Itaque omnes librarios, qui codicem scripserunt, non abhorruisse ab interpolando adparet (cf. 113. 212. 215. 301).

In ipso libro exarando iam primam manum interpolatas lectiones recepisse his exemplis demonstratur: 150 *certant* pro *pugnant* 40 *asparsit* pro *adspergit* *). 245 *nec enim tibi finis* pro *nec iniqua finis* 324 *ceperat* pro *ceperit*. Utrum omnes hae mutationes ipsi codicis librario, an nonnullae exemplari, ex quo liber descriptus est, tribuendae sint, diiudicari nequit. Sed 385 *a montibus* pro *a moenibus* iam archetypo deberi ex eo sequitur, quod λε libri, de quibus infra agetur, una cum N *ethneis* exhibent, ut in archetypo utraque lectio, et interpolata illa *ethneis — ab montibus* et uera *Hennaeis — a moenibus* extitisse uerisimile sit. Quae cum ita sint eis locis, quibus unus N bonam aliquam lectionem seruauit, uelut 20 *nisi tu* (*nisi si* cett.), quod probat Riesius, examinari oportet, num re uera illa lectio ceterorum codicum lectioni praeferenda sit. Neque enim tam illud quaeritur, num ipse Ouidius sic scripserit, id quod in tali codicum uetustissimorum et omnino carminis Ouidiani (cf. Trist. I 7) statu fieri non potest, quam num sic scripturus fuerit, si carmen emendauisset, aut omnino scribere potuerit (cf. Ries. praef. p. VIII). Hoc autem loco Neapolitani lectio — siue memoria uetustissimorum codicum perditorum est nixa, siue a Neapolitani librario emendata — praeferenda uidetur, quod iusta oppositio non fit nisi illis *id ipsum exigis* (scil. ut pereat Andromeda) illud *tu* (scil. sponsus illius Andromedae) non praemittitur. Qua re sermo multo efficacior fit quam illo *nisi si;* uocem *si* autem pro genuino, sed olim omisso *tu* post *nisi* facile irrepere potuisse nemo negabit.

Sed quas protulimus corruptelae non omnes sunt, quibus N laborat; extant enim etiam aliae, quas communes habet aut cum λε utroque aut cum altero horum codicum uno

*) In adhibendis temporibus praesenti aut perfecto omnes codd. fluctuant, qua in re librarios suo arbitrio genuinam lectionem saepe mutasse itaque interpolasse adparet. Summa enim libidine libri hoc illud exhibent ita, ut λε aetate inferiores maxime a uero uideantur aberrauisse. Interpolasse librarios ex eis etiam locis multis cognoscas, quibus uerborum modos aut numeros immutauerunt.

saeculo inferiorum. Priusquam autem de ratione, quae intercedit inter hos tres libros, agam, de ipsis λ et ε libris disserendum mihi uidetur.

Ac Merkelius quidem (ed. I praef. p. III) opinatus erat M et λ artissima adfinitate esse coniunctos, quam sententiam, cum iam Riesius correxisset, deinde Kornius ita emendauit, ut non tam M et λ quam λ et ε coniungendos esse diceret, quippe qui eiusdem recensionis essent. Congruunt autem λ ε his corruptelis communibus:
1 *daneius; Danaeïus* recte 2 *fremitu turbae* (= M^b et N^2); *fremida turba* r. 35 *exiliit* (= M^b); *exiluit* r. 42 *dicant; dicunt* r. 59 *fędatos* (= M^b); *laudatos* r. 63. 72 *athim; Athin* r. 98 *ypseus; Hypseus* r. 184 *amphyx; Ampyx* r. 221 *nil; nihil* r. 246 *laudes; laudem* r. 275 *me tota; tota me* r. 287 *pyrineus; Pyreneus* r. 291 *summo; summae* r. 319 *gigantes* (= uar. lect. codicis M); *gigantas* r. 345 *est* in utroque cod. suo loco motum. 347 *tinacris* λ, *Tynacris* a m.² corr. in *Tryn.* ε; *Trinacris* r. 353 *fero; ferox* r. 607 *sophadaque* λ, *sophydaque* ε; *Psophidaque* r. 661 *mosopi(y)um; Mopsopium* r. 669 *athipedes* λ, *acchiades* ε; *Emathides* r. — *minantia; minacia* r.

Quibus rebus adfinitatem codicum λε demonstrari patet, quorum ratio similis est ei, quae inter B et M codices intercedit; neque falso iudicasse Kornium concedes, si „recensionem" illam archetypo codicum λε tribuendam statueris. Kornius praeterea huius recensionis codices omnes interpolatos esse recte adfirmauit, quamquam ne ceteros quidem libros mss interpolatione carere supra uidimus. Sed interpolatae lectiones saepius inueniuntur in λε quam in libris antiquioribus BMN. Archetypum autem librorum λε iam interpolatum fuisse cognoscimus ex eiusmodi utriusque codicis corruptelis uel mutationibus, quae, cum in solis codicibus λ aut ε inueniantur, interpolationi tribuenda sunt. Ut 275. 345 in utroque codice λε, sic ordo uerborum transmutatus est in λ: 341 *dimouit glaebam* pro *gl. d.* 382 *quae nec* pro *n. q.* 625 *io Arethusa uocauit io Arethusa* pro *io Areth., io A. uoc.* 675 *plangere*

329 linchestius *332 phęnum* *337 ortigia* *340 ęthna* *342 uiuat* *350 bitumeneę** *351 s(ulph* i. ras.*)ura* *356 pillene** *358 nouies**
ł de
(sic) *360 scytides* *362 fluidoq.* *364 I quoque dilectos** *365 uisu**
ł mo *c* *a*
368 humi i. ras.* | *orabonis* *374 Fereli* *378 partes superat*

cum ł mi
389 qui clauso 396 Ilicis 403 est om. 412 assimulat* 416 co-
ł rerum
ralium 417 durascit* 427 cicropis 443 Externo patria 447 mundi
455 que om.* 463 consue(scit i. ras.) 464 guttura*(sic) 465 auras
ł. horriferum
471 Horrendum* c. boream bos arma 473 laqueos artesq.* 475 for-
midantes 479 aliis dictis instr. pectore, sed ordo corr. 481 latiaris
ł artes q.(ε³)
484 arces 485 regnum ęuumq. 489 gemitu questuq. 490 ha
496 Nunc mea te 497 quoque] si 500 pasipheia 503 Inditiiq. |
offensaq. repulsa(e ε³) 506 Phitheam | trozena* 507 corithiaci*
ł colla
515 corda 521 Nec tamen has uires 522 quae* circumuoluitur
524 cursu* (sic) 525 neruos in stipe* (sic) 531 luce carentia regna
541 delo cretaq. 546 Nomine | assentior 565 cippus (sic hoc loco,
omnib. aliis cipus) 570 br.] cornua 585. 813 perhempni 587 ha |
omina* (sic) 596 nobis 606 trementis 610 capiti dempta
den
620 auratis 624 coronide (erasa lineola m significante) 625 ac-
cesseril 630 tenentis 634 pharetras* 636 adito 642 explorat*
644 Quę postquam curua 651 luc.] noctem 662 qu. debent c. c.
uerti 667 Conueniunt 677 deus est deus est* 680 iuss.] uisum
682 et mente et uoce 694 honus pressa estq. 696 nauis] classis
700 sextę 701 templa 702 dea. scilleaq. 704 pr. cellenia*
h ł ri
705 caunolaq. naritiamq. 706 pelorim* 707 domus* 708 Leu-
coriamq. 709 promunctoriumq. 711 Stab.] fabiasq. 714 Linternum
715 colubris 717 tracasq. 718 littoris ancon* (sic) 720 portus*
i
723 epadaurius 724 iuncti sibi 726 innixus 728 Lauinias sed.
729 om̄s (sic) 730 seruat* 737 accliuia 739—744 in marg. add.
ε⁸ 740 habens* (sic) 755 Cynipheumq. | mitridatisq. 760 Ni
e ł nuere
769 tytidę c. uulnerat 776 en] in me 785 Premonuisse 789
ante 788*, sed rectus ordo litteris indicatus. 791 omina.* Re-
dintegrati sunt postea uersus 795—811. 818. 843—879.
797 silentes ł tum 803 citherea suum* perc. 804 Aen.] interdum
808 paras* 810 Exerere et sol. 811 concussum 818 col.] locetur

819 numinis 820 cędisq. 829 barbariem gentesq. 838* Pyl.] *similes 839. 859 Ethereas 845 nec* 848 Emisitq. simul. simul euolat alt. 855 Sic** (non om.) *magnus** (sic) *856 uicit 864 cesareos* 865 cesaria* 866 ędes ł arces 870 que* om. *875 perhempnis 876 indeflebile.*

Scholia Amploniana.

In Amploniani libri margine scholia esse adscripta supra p. 6 h. d. dixi. Quae scholia simillima sunt scholiis codicis Monacensis 4610 olim Benedictoburani, de quibus Meiserus („Ueber einen Commentar zu d. Metamorph. des Ovid", Sitzgsberr. d. ph.-ph. Cl. d. k. b. Ak. d. W. z. Münch. 1885, I p. 47. seq.) disseruit. Cuius quaestionis summam his uerbis comprehendit: „Ueberblicken wir den ganzen Commentar, so ergiebt sich, was ja auch sonst kennzeichnend für das Mittelalter ist: gänzlicher Mangel an Kritik und Mangel an sachlichen Kenntnissen, die durch nichtige Erfindungen und trügerische Gebilde der Phantasie ersetzt werden sollen" (p. 89). Quae cum ad Amploniana quoque scholia pertineant, inutile uideri poterat, accuratius de iis disputare. Sed uariis de causis operae pretium mihi uidetur esse, in ea inquirere. Nam si omittimus illud, quod Meiserus dicit commentarii auctorem indoctum artisque criticae rudissimum fuisse, quo uitio iam antiquissimos Vergilii commentatores laborasse Ribbeckius (Prolegg. critt. ad P. Verg. Mar. op. mai. Lp. 1866 p. 9) demonstrauit, ipse Meiserus ad metamorphoseon textum constituendum quaedam commentarii lemmata et explicationes uarias ipsius textus lectiones continentes censuit proferenda esse propterea, quod et Marcianus et Monacensis siue Benedictoburanus, quem Be significare licet, eiusdem aetatis sunt. Itaque non inutile uidebitur exponere, quo tempore commentarius ille, ex quo et libri Be et ε scholia fluxerunt, extiterit, praesertim cum ex eo concludi possit, quo tempore iam metamorphoseon textus ita fluctuauerit, ut libri mss in uarias familias aut recensiones (cf. h. d. p. 15) discederent. Comparatis autem scholiis librorum Be et ε exigua quaedam uestigia inueniri puto, ex quibus ea de re

aliquid colligi potest. Scilicet ad rem plane diiudicandam etiam alios libros mss, in primis Marciani scholia adhiberi oportet atque fortasse ex ipsis scholiis colligi poterit, quinam inter metamorphoseon codices adfinitate iuncti sint.

Inueniuntur autem in ε totidem fere scholia et explicationes quot in Be; in utroque ad posteriores libros plura adnotauerunt scholiastae quam ad priores. Sunt autem Amploniana scholia magis etiam abbreuiata quam illa libri Be; cum mythologicae res explicantur, antiquioris commentarii narrationes dissoluuntur et in diuersos uersus ita dispertiuntur, ut singulorum uersuum uocabulis illustrandis adiungantur. Deest in ε proemium illud, quod Be praebet, desunt etiam complura huius libri scholia inprimis in librorum principio aut fine, in uniuersum autem ad omnes fere uersus, quos Meiserus contulit (p. 54 seqq.), in ε explicationes aut longiores aut breuiores adscriptae sunt. Sed ne Amploniana scholia ex ipso codice Be descripta esse putemus, impedimur scholiis libri ε haud paucis, quae in Be desiderantur. Velut inter V 379 et 407, VI 254 et 384, 395 et 415, 415 et 490, VII 3 et 7, 149 et 306 sane multa inueniuntur, quibus Be caret; in primis scholia Amploniana in libri V fine continuantur usque ad u. 676, cum in B iam u. 555 desinant.

Scripserunt ut iam supra (p. 6) commemoraui, scholia Ampl. duo potissimum librarii, quos ε^2 et ε^3 signaui. Qui quanam ratione scholia composuerint, optime adparebit tractatis quibusdam locis, quos Meiserus indicauit.

Velut II 566 et IX 349 (M. p. 67) uerae lectiones „at puto“ et „seruato nomine“ ab ε^3 explicantur; idem cadit in III 269, ubi ε^3 modo „mihi uni“ praebet. — Contra IX 295 (p. 64 et 68), ε^1 „ad nexos partus“ interpolauerat, ε^2 uariam lectionem „nexusque pares“ suprascripserat. ε^3 interpretationem ad duplicem textus lectionem pertinentem adiungit, qualis ineniuntur in Be. Praeclarissimum exemplum praebent, quae XIII 713 (p. 68/69) „certatam lite deorum“ adnotata sunt:

in **Be:**	in **Amplon.:**
secundum hanc literam dices **rite** id est propter ritum deorum, quae consuetudo erat, ut transeuntes nautae unum de sociis suis sacrificarent ibi, sed unusquisque pro sua salute sollicitus timens, ne offerretur, pro se pugnauit, ideo dicit certatam.	ε^2: quia ibi neptunus et pallas litigauerant, quis nomen ciuitati imponeret.
uel alio modo **certata lite deorum** id est potentium uirorum, scilicet augusti cesaris et antonii, quia iuxta ambrachiam erat actius mons, ubi illi conuenerunt.	ε^3: uel Certatam rite deorum, id est propter ritum deorum. Consuetudo enim erat ut transeuntes nautae unum de sociis illic sacrificarent, et unusquisque pro se timens pro se pugnabat. ideo dicit certatam rite, id est propter ritum deorum.
acciacus quidam iudex fuit, quem apollo pro prauo iudicio suo in saxum conuertit.	Vel quia iulius c(aesar) et antonius ibi pugnauerunt in accio monte iuxta am.

Quo ex loco Amplonianorum librariorum ratio satis adparet. Nicandri enim fabulae (cf. Meiser. p. 68) uestigia inesse in explicatione librarii ε^2 facile perpicitur; sed duorum certaminum fabulas confudit, ut pro certamine deorum Ambraciensi illud poneret, in quod Neptunus et Minerua de Athenarum nomine certantes descenderunt. Nicandri autem fabulam tum obscuratam fuisse iam Benedictoburani scholii extrema parte patet, ubi „Cragalei" in locum „acciacus" (cf. Meiser l. l.) successit. Ad scholion libri Be autem ε^3 artissime se adplicat, ut ex Be ε^3 descripsisse fere statuendum sit. — Scholion libri Be ad X 221*) et IX 406 (p. 69) desunt in ε; ad XV 39 ε^2 haud scio an recte adnotet**): „fecere, id est dedere," ε^3 interpretationem libri Be adhibet. — In locis a Meisero tractatis quae sequuntur modo ε^2 modo ε^3 cum Be congruit, ut haud raro alter alterius scholion aut compleat aut suppleat. In uniuersum autem ε^2 cum Be

*) Non recte iudicare mihi uidetur Meiserus de hoc loco. Minime enim uituperandus est librarius, qui, cum modo „annuere" modo „abnuere" scriberetur, in loco recte intellegendo auxilio esse uoluit.

**) Commentatorem olim locum similiter atque postea Muretum accepisse hoc scholio sane mutilato ostendit ε^2. Librarios enim in uocabulis falso consuendis aut discindendis peccasse ex Amploniani scholio ad XI 101 adparet: „altore pro a littore, sicut altilia pro alit ilia."

saepius discrepat quam ε^3, qui ipsis illis locis, ubi ε^2 aliam protulit sententiam, explicationem Benedictoburanam adiungit. Cf. schol. ad IV 333 (p. 84):

Be.	Ampl.
Quaedam gentes cum uident · lunam eclipsin pati, putant thesalicas (sic) mulieres eam incantare, ut decendens ad terras spuat in herbas, de quibus maleficium faciunt et ideo aera capiunt (Be ideo accipiunt) et percutiunt illa, ut luna non audiat incantationem illarum thesalicarum. sed frustra hoc faciunt, cum luna non incantationes illarum paciatur, uel frustra, quia licet percutiuntur (sic) aera, tamen descendit luna ad terram per incantationem, ut spuat in herbas.	ε^2: Hic tangit fabulam. Choribantes sunt quidam populi, qui percutiendo aera putant se posse auxilium inferre lunae patienti eclipsim. hoc etiam frustra est. Vel Choribantes sacerdotissae cybeles, cum comperiunt uenefícas mulieres incantare lunam, sonant aera, ne ipsa patiatur defectionem incantationibus earum. ε^3: Incantant quidam lunam, ut descendat ad terras et spuat in herbas, de quibus maleficium faciant. Vel frustra, quia licet percutiantur aera, tamen descendit luna ad terras, ut earum incantationibus spuat in herbas.

Unde petiuerit ε^2 hanc fabulam nescio; sed utrumque scholion ex longiore aliquo esse excerptum et abbreuiatum adparet. Qua re non solum ε^2, sed etiam ε^3 et iam ipsi illi scholiastae peccauerunt, ex quibus hi ε^2 et ε^3 hauserunt. Quamquam ε^2 interdum magis genuinam eandemque longiorem formam uidetur seruasse, cuius rei exemplum affero schol. ad XIII 399 (p. 79):

Be.	Ampl.
Lemniades mulieres ex more omnibus diis sacrificium fecerant nisi soli dianae. quae irata omnes illas hircino (Be hericino) fetore infecit, ut uiri earum nullo modo eas pati possent. ob hoc inito consilio in expeditionem profecti sunt et ibi biennio morati. Uxores uero suspicantes eos alias sibi (ibi?) duxisse uxores conspirauerunt, ut quandoque uiros reuertentes in prima nocte interficerent, uirgines uero in patribus uel fratribus idem crudelitatis (Be crudelitates) exercerent.	ε^2: Lemniades mulieres pro more omnibus diis sacrificium fecerunt nisi soli dianae. Quae ideo irata eas omnes hyrcino fetore percussit, ita tamen, quod uiri earum eas pati non possent. Ob hoc, inito consiiio, uiri in expeditionem profecti sunt in trachiam et ibi per biennium morati sunt. Uxores uero suspicantes eos ibi alias duxisse uxores conspirauerunt, ut prima nocte maritos suos et omnes uiros quandocunque redeuntes interficerent. Quo facto omnes idem facinus

Omnes sine mora scelerosum facinus implenerunt, sed sola ysiphile filia thoantis regis lemniadum expauescens scelus patri pepercit construens magnifice rogum quasi patre occiso. Unde eius succedit imperio. In alio tamen loco dicitur a mulieribus eiecta fuisse de regno.

compleuerunt. Sed ysiphile sola, thoantis regis lemniadum filia, scelus expauescens patri pepercit deducendo eum usque ad mare. Illa autem a mari rediens magnifice quasi patre occiso rogum construxit eiusque exuuias patris quasi cum patre cremauit. Unde eius successit imperio. Lemniades autem post multum tempus thoantem audientes uiuere ei mortem minitauerunt. Illa autem ad regem ligurgum ultra mare fugiens nutrix archemori, filii ligurgi, facta est, sicut in statio thebaide legitur (cf. ad Stat. Theb. V 59).

Unde patet ε^2 librarium ex libro Be non hausisse; aliter res se habet in ε^3, qui scientiam suam scholiis Benedictoburanis simillimis debere uidetur.

Permulta errata ad solam Graecae linguae ignorantiam sunt referenda. Velut ad III 2 „dictaea rura] dicte graece, littus latine, i. e. littorea rura, i. e. rura athenarum littorea"; sed recte ad II 553 „acteo] i. e. littereo, quia acte graece, littus latine (cf. Myth. uat. III. 3. 4); ad VI 687 „sacra tryatherica" (recte „trieterica") „Baccho] s. theros graece, i. e aetas latine et sollempnia b. triatherica, i. e. aestualia, i. e. tribus uicibus per aestatem existentia (ε^2), uel quia per tres noctes assiduas fiebant" (ε^3). — ad XI 22 „Maenadas] meno graece, defectio latine, inde maenades in sensu deficientes." — ad IV 385 „Hermafroditus] Erma grace, mercurius uel sapientia; frodos (sic!) spuma, inde hermes filius mercurii et ueneris" alia multa. — Huc referendum est quoque schol. ad VI 652 (p. 78): „legitur alibi, quod ytis, postquam fuit a patre comestus, in fasanum (sic) est uersus." De quo Meiserus l. l. recte disserit. — In scholio ad III 291 et V 370 deus quidam nominatur „demergon" uel „demogergon" et „demochergon." Quo in nomine quamquam „δημιουργός" uidetur latere, tamen, cum priore loco Ouidius Stygia numina laudet, deum illum uerisimile est in „acherontem" falso relatum esse. Altero loco nomen illud tribuitur Cupidini, quem superos ipsumque Jouem domare Ouidius narrat; itaque scholiasta finxit: „demochergon est deus, quem superi inferique

dii multum uenerantur. Dicitur uero esse in inferiori loco uel inferno.“ Unde patet quaedam scholia ab aliis locis ad alios esse translata, ut librarii in describendis scholiis postea ea intellegere nequirent itaque fabulas fingerent, nisi potius ipsis illis locis in plenioribus commentariis longiora scholia extitisse putabimus, quae postea mutilabantur. Velut uix potest intellegi, quid ad XI 46 „positis te frondibus arbor tonsa comam luxit“ hoc scholion sibi uelit: „de hispanis dictum est, qui radunt capillos suos in morte amicorum prae dolore.“

Valde delectatur scholiasta in ludicris etymologicis; uelut „caesariem“ ducit „ab cedenda coma mulieris“ et canem putat nomen habere „a canis dentibus.“

Melioris notae sunt haec: ad I 563 „propter bonum odorem suum laurus custodiebat fores;“ ad II 365: nurus pro mulieribus esse „partem pro toto;“ ad VIII 724 „illi sunt dei, qui deos curant;“ ad XIII 398 „prima littera in nomine aiacis est ai querelae in nomine iacinti,“ quo scholio Raph. Regii emendatio ad X 206 „Ai Ai“ confirmatur. — Ad IV 750 (p. 85) Amploniani scholiasta rectius quam Be explicat „coralium“ tanquam „petram rubeam et gracilem in modum uirgae;“ ad XI 25 „theatrum“ tanquam „conuentum“ (ε^2), cui explicationi ε^3 falsam Be libri explicationem adiungit (p. 85). — Unde ducta sint, quae ad VII 368 adnotauit, Carthaeae uasorum sculptores fuisse non constat. — Scholion ad III 111: „Julius Caesar deuictis britannis quosdam romam duxit et ad aulea facienda theatri illos constituit sqq.“ ab alio atque Seruii fonte repetendum esse non puto. Meiserus p. 82/83 doctissime de hoc loco disseruit scholiastamque ab alio sane bono libro illud sumpsisse coniecit. Sed ut alia nomina propria, uelut Hebe et Medea, Geryon et Chimaera, Troia et Thracia, Diomedes et Alcinous in scholiis confunduntur, sic multo etiam facilius fieri potuit, ut hoc loco Julium Caesarem scholiasta cum Augusto confunderet ita, ut casu uera scriberet, cum in antiquo exemplari Augustus sicut apud Seruium scriptus fuisset. Ad comprobandam sententiam

adfero schol. Ampl. ad XIII 763 iam supra laudatum: „iulius caesar et antonius ibi pugnauerunt in accio monte iuxta ambrachiam.“

Scholiastam superstitione esse imbutum iam Meiserus p. 84 ostendit. Quod etiam scholio probatur Amploniano ad XIII 629: „Ibi noluit remanere aeneas et facere sacrificium, et tunc accipiens unum de ramis, qui erat super tumulum polidori, ad suum sacrificium, de ramis sanguis exiuit et polidorus se ibi fuisse tumulatum clamauit.“ — Graecos Troia reuersos in monte Caphareo naufragium fecisse Mythographi uaticani I 144 et II 201 sic fere describunt: „Nauplius Palamedis pater montem Caphareum ascendit et elata facula signum dedit uicini portus. Unde decepti Graeci per rimosos scopulos pertulere naufragium.“ Amplonianus autem scholiasta de illo naufragio haec refert ad XIV 472: „Caphareus est mons, in quo nauplus iratus iniusta nece palamedis filii sui fecit periclitari plures naues graecorum composito igne. Sub aqua enim ignem in nocte lucentem posuit. Ad quam graeci reuertentes a troia uenerunt existimantes ire ad portum, in quo solitus erat ignis lucere in nocte, ibique et naues fractae et homines mortui sunt.“ Cui narrationi ab ε^2 conscriptae adiungit ε^3 ea, quae Meiserus p. 84 ex Be libro deprompsit.

Restat, ut paucis exponam, ex quonam fonte ipsa scholia uideantur fluxisse. Atque uerisimile quidem est uetustissimum metamorphoseon commentarium extitisse, ex quo omnia, quae probabilia continent scholia, petita sunt. Eius commentarii auctorem conicio fuisse Luctatium uel Lactantium Placidum. Luctatii enim nomine glossae in Plauti comoedias, Lactantii nomine narrationes fabularum feruntur, quae in Ouidii libris metamorphoseon leguntur. Luctatium autem eundem atque Lactantium, hominem Christianum V saeculi fuisse A. Deuerlingus (Placidi Luctatii glossae, Lips. 1875) docuit. Luctatio igitur multa uocabulorum interpretamenta in Benedictoburanis scholiis deberi Meiserus p. 86 adfirmauit. Accedit, quod ea libri ε scholia, quae fabulas

continent, ultra priorum duorum mythographorum Vaticanorum memoriam non recedunt; modo enim cum priore, modo cum altero ita consentiunt, ut utique priori anteponatur posterior et maxime quidem iis locis, quibus res mythologicas scholiasta interpretatur. Horum mythographorum autem alterum eundem atque Lactantium Placidum esse censuit Angelus Maius; praeterea Försterus (Raub d. Proserpina p. 290) commentarium Ouidianum sibi statuendum esse putauit, unde et Lactantius Placidus et mythographi uaticani hauserint. Quae cum ita sint, equidem commentarium illum uetustissimum ipsi Luctatio uel Lactantio Placido tribuere non dubitauerim.

Ad illustranda ea, quae de scholiis Amplonianis disputaui, iam pauca exempli causa proponam. Quam ad rem elegi libri II et VII scholia, quorum illa cum omnibus atque etiam maxime exiguis glossulis et interpretamentis, haec ita exscribam, ut quaecumque leuiora inueniuntur, omittam. Quibus exemplis augentur ea, quae iam Hauréau (sur un commentaire des Métamorphoses d'Ouide: Memoires de l'Institut National de France, Académie des inscriptions et belles-lettres, Tome XXXI. II 1883 p. 45—55) et Sedlmayer (Beiträge zur Geschichte der Ouid-Studien im Mittelalter: Wiener Studien, VI Jhrgg. 1884 I p. 142—158) ediderunt.

Scholia ad II librum.*)

239	boetia	ciuitas a boue cathmo praemonstrata. ε^2.
	dyrcen	dirce fuit uirgo in fontem conuersa. ε^2. (cf. Myth. uat. II 74).
240	amymonem	Nympha fuit a neptuno compressa. ε^2. (cf. Myth. uat. I 45).
	phyrenidos	i. montis. ε^2
243	therantheusque	a quodam uiro. ε^2.
245	iterum	i. destructione troię. ε^2.
247	thenareus	a monte. threną sunt lamentationes (!). ε^2.
264	cycladas	i. insulas in modum circuli. ε^2.
267	phocarum	phocę sunt uituli marini. ε^2.
269	Doridaque	i. uxorem nerei. Secundum rei ueritatem doris quidam rex graecus fuit, qui in mari cum exercitu mersus fuit, et ideo fabulose dicitur doris dea, exercitus deę. ε^2 (cf. Myth. uat. III. 5. 1).
325	trifida	fulmen habet hęc tria: flat, fundit, urit. ε^2 cf. Seruius in Aen. II 649. Myth. uat. III. p. 224, 38.
335	percensuit	i. pererrauit. ε^2.
340	helyades	helyos graece, sol dicitur latine, inde filiae eius helyades. ε^2.
366	nuribus	i. mulieribus; partem ponit pro toto. ε^2.
367	steneleya	clymene et stenele sorores fuerunt (!) uel stelenus (sic) pater fuit cigni.
372	sororibus	s. phetontis uel suis. ε^2.

*) Librum inde a u. 228 incipere supra uidimus.

396 iuppiter | dicens: O dii, alio modo non euaderem, nisi fulmina mitterem. ε^2.

406 cura suae | i. filii dilectę (?). ε^2.

409 nonagryna | s. nimpha, filia lycaonis, i. ęlice, uel, quod est uerius, calisto. ε^2 (cf. Hyg. fab. 177. et Lact. Plac. narrat.).

416 triuię | datur i. dianę. Triuia dicitur diana, quia in triuiis colitur, uel quia trinam habet potestatem: luna in cęlo, diana in siluis, proserpina in inferis. ε^2 (cf. Seru. ad. Aen. IV 511. 609. Myth. uat. I 112).

441 dictynna | diana a loco. dictis est mons, ubi colitur diana. ε^2 (cf. (?) Strab. X, 479a = 733 C).

460 Parrasys | a loco, quia parrasus est mons. ε^2.

496 lycaonyę | Lycaon fuit pater nonagrinę. ε^2

507 sydera fecit | et archas effectus est cynosura, i. minor ursa, et mater maior ursa. ε^2.

509 thetym | Oceani coniugem dicit, cuius neptis fuit coniunx pellei, mater achillis. ε^2.

523 Vendicet | s. reddet iuppiter. ε^2.

524 phoronide | i. yo. phoronus fuit pater inachi. ε^2.

527 lesęalumpnę | bene dicit lesę alumpnę, quia iuno nutrita est i. aer spissus a tethide et oceano, i. ex humore aer spissus inficitur secundum phisicam. ε^3. (cf. Myth. uat. III 4, 1).

533 Tam nuper | i. tam nuper pauones iunonis fuerunt picti de oculis argi, quam nuper hoc fuit factum. Quod tu corue loquax. ε^2.

539 anseribus | anser argenteus positus supra capitolium in honore iunonis, brennone rege semnonum conanti romam noctu ingredi, monitus a iunone tum exclamans romanos excitauit. ε^2.

542 laryssea | ciuitas est. ε^2.

coronis | mulier, uel uirgo. ε^2.

544 inobseruata | i. corrupta, quia multae corruptae sunt non tamen seruatae. ε^3.

545 s. adulterium phęb. | i. coruus. ε^2. phebo consecratus, quia praesignat tempestatem futuram, sicut phebus dicit praeterita et futura. ε^3.

553 eryctonyum | Dii commonuerunt uulcanum lennicolam, quia palladem in uxorem acciperet. Quae tamen eum repudiauit. Quam cum uidisset nimio amore succensus, semen fudit in terram, et inde natus est eryctonius. uel semen pallas suscepit et in cista posuit, addito serpente, qui illud uiuificaret. ε^2. (cf. Fulg. Myth. 2, 14. Hyg. f. 166. Myth. uat. II 37. III 10, 3. Seru. ad Georg. III 113?)

554 acteo | i. littoreo, quia acte graece, littus latine. ε^2.

555 gemino | s. quia centauro. ε^2. uel quia duo regna habebat, s. atheniensium et lacedaemoniorum. ε^3. (cf. Myth. uat. III 5. 4.)

561 draconem | s. puerum nutrientem. ε^2. uel quia erictonius in inferiori parte erat draco. ε^3. (cf. Myth. uat. I 128. III 10. 4.)

566 non ultro At puto | i. non mea uoluntate. ε^2.
Quasi coruus dicat: O cornix, ego nichil mali timeo a domino meo phebo, quia multum familiaris ei fui et sum. Sed tu numquam familiaris palladi fuisti, et sic potes timere. Tu enim sine rogatu ad eam accessisti et ideo te proiecit. Sed forsitan repetet te. R. cornix: Tu dicis, quod sine rogatu eius accessi ad illam. Sed hoc destruo, quia non ultro, i. non mea uoluntate petiit me. Quod dicet tibi, si ab ipsa quaeras, s. an pro infidelitate uel fidelitate me expulerit, et quamuis mihi sit irata etc. ε^3. (cf. h. d. p. 38, ubi uar. lect. hui. loci extant.).

588 inculpata | s. a compressu neptuni. ε^2.

589 prodest | me esse inculpatam. ε^2.

590 successit hon. | i. si maiorem habet honorem quam ego. ε^2.

611 corp. inane | i. uacuum. ϵ^2.

633 semifer | i. semiferus. ϵ^2.

alumpno | i. esculapio. ϵ^2.

642 infantem | esculapium. ϵ^2.

645 idque semel | s. resuscitando hyppolitum. ϵ^2. accusatum a phedra de stupro apud theseum patrem suum. ϵ^3. (cf. Myth. uat. I 46. II. 128. Seru. ad Aen. 7. 761?)

646 flamma auita | i. fulmine iouis, aui tui. ϵ^2.

648 modo corpus | s. quia de deo, cum modo sis deus, corpus; de corpore iterum deus. ϵ^2.

652 serpentis | i. scorpionis. Chyron, dum uenaretur, pede suo opprimens serpentem, ueneno ipsius mortuus est. Vel aliter. Hercules rediens ab interfectione hydrę apud istum hospitatus est, cuius sagittas ueneno serpentis i. ydrę toxicauit, quibus ipse idem mortuus est. ϵ^2 (cf. Hyg. P. A. II. 38. Apollod. II 5. 4?).

668 simulantis | i. recentis, uel quod adhuc non erat simulantis. Vel similantis. ϵ^2.

675 monstra | s. transmutationis.

676 phyllirius | Chyron fuit filius philirę et saturni. ϵ^2.

679 elyn colebas | Cyclopes fulmina fabricauerant, quibus iuppiter phetontem, phebi filium, interfecerat. Phebus autem, quia iram suam in patrem suum non potuit refundere, cyclopes interfecit. Unde VII annos a ioue diuinitate priuatus armenta admeti regis conseruauit; et hoc est, quod dicit elin, s. ciuitatem admeti, etc.

— Vel iuppiter iratus super esculapio, qui ypolitum resuscitauerat, timens, ne de aliis similiter faceret, eum fulminibus arte cyclopum compositis interfecit. Inde phebus tristis suis radiis cyclopes combussit. Pro quo crimine luendo a ioue non nimium irato exutus diuinitate iuxta amphrisum fluuium positus gre-

		ges admeti regis per VII annos custodiuit. ε^2. (cf. Myth. uat. I 46. II 128. Seru. ad Aen. 7, 761.)
682	Alterius dispar	s. fistulę (!). ε^2. quia melior ceteris. uel dispar fistulę mercurii, quae stabat tribus cannis. ε^2.
706	index	i. qui adhuc indicat. ε^2.
709	monychyosque	Monicus fuit rex athenarum. ε^2. gigas et dicitur iuuisse in constitutione murorum athenarum. ε^3(!).
743	Pleyonesque	i. sororis matris suae pleyadis. ε^2. Pleyone et pleyas eadem est coniunx athlantis. ε^3.
757	Lennycolę	i. uulcani. Lemnos est insula, ubi uulcanus colitur. ε^2.
		l. i. lenniacam. ε^3.
	stirpem	i. herictonium. heris-luctamen, tenos-terra, quia luctatus est cum terra. ε^2. (cf. ad 553).
802	causę	Causas uocat praesentiam bonorum herse, quae praesentia fuit causa, cum malum infortunium passa sit aglauros; et ne praesentia illius abesset per longum spatium temporis, ideo posuit ante oculos. ε^3.
834	pallade	Pallas dicitur immortalis. „athenę“ immortales ideo dicit. ε^2. (cf. Myth. uat. II 39. III 5, 4 et 10, 1. Fulg. Myth. II 2.)
844	filia regis	i. eur. ε^2.
	ł tri (ε^2)	i. agenoris, qui rex erat tam tyri quam sydonis. ε^3.
848	bisulcis	bisulcis ideo dicit, quia duos dentes habent fulgura. uel trisulcis, quia potestatem iuppiter habet trinam, scilicet in cęlo, in terra, in mari. ε^2. Vel ideo trisulcis, quia urit, secat, splendet. ε^3. (cf. ad 325) (cf. Myth. uat. III 6. 22 et 7. 4).
850	Induitur f. tauri	hic plane deridet ouidius iouem, quem non credit esse deum. ε^3.(!)
854	t. exstant	i. redundant. ε^2. Toros uocat neruos circa collum. Palear est pellis pendens. ε^3.
875	uestes	Ideo noluit totam enumerare fabulam, quia iam

horatius eam descripserat. scilicet quia aliter uenus uenerat ad illam eamque uolentem se suspendere prae dolore deriserat. ε^2. (cf. Hor. C. III 27).

Scholia ad VII librum.

1 pegaseo mynię — s. a pegaso, qui primus eam fecit(!). ε^2.

minia est quaedam pars graeciae. ε^2. uel miniae dicuntur rubicundi summinium ε^3.

Nephile relicta a suo coniuge athamanthe, timens, ne ino nouerca suis filiis noceret, scilicet frixo et helli, dedit filiis suis aureum uellus habentem arietem, misitque eos ad eetham regem colchos insulę. Fatatum uero erat, quod, ubicunque uellus arietis haberetur, ibi esset caput totius mundi. Propter quod pelias rex thessaliae postea misit iasonem, ut liber indicat. ε^2.

3 Phyneus — Phineus filiis suis a nouerca de stupro iniuste accusatis oculos eripuit. Unde reatus cognita ueritate commotus sibi ipsi lumen substraxit. Hoc tamen crimine reus tam diu in cauernis latuit propter arpias mensam eius fędantes, donec a calay et zeto illas fugantibus tutus factus est. Arpie uocabantur aello cilleno occipite. ε^2. (cf. Seru. ad. Aen. III 209 et 212).

4 Virgineas — s. arpias, uirgineum uultum habentes. ε^2.

5 yasone — Eson et pelias fratres fuerunt, sed pelias non habens filios, sed tantum filias, timuit, ne ipse senex et filiae suae de regno eicerentur a iasone, filio ęsonis. Ideo misit iasonem nepotem suum propter uellus aureum adquirendum, ut ibi periret, quia audierat, illud non posse haberi. ε^3.

7	uellera	Athamas de marina dea Nephele habuit phrixum et hellem (!), qui cum patre manere non potuerunt pro afflictione yno, nouercae suae. Cum uero ad mare uenissent, mater eorum dedit eis arietem uellus aureum habentem, ut sedendo super eum mare transirent, praedicens illum casurum, qui retro aspiceret. elles respexit et submersa est, phrixus transiit et arietem marti dedicauit. ε^3. (cf. ad l.)
14	iussa—uidentur	Jusserat enim, ut iason tauris interficeret draconem. Quod non leuiter posset, et postea uellus acciperet. ε^2.
30	segetis	i. de dentibus serpentis seminatis. ε^2.
72	pietasque pudorque	s. ne proderet patrem, s. erga fratrem et sororem. ε^2. s. quia, si iasonem sequeretur, pudorem inde assequeretur. ε^2.
74	hęcates perseydos	quoniam perseus iuit ad gorgonem interficiendam, prius ęchatem, i. dianam adorauit, quo exemplo iason (!) monitus prius eam adiuit. ε^3.
76	ardor	i. medea erat confortata, ne amaret iasonem. ε^3.
92	ignorantia ueri	i. ueritas ignorata. Veritas enim est, quod patrem meum prodam, quae tamen non est ignorata. ε^2.
96	patrem	s. solem, cuius filius oethes erat. ε^2.
121	aena	Ibi enim in galea dentes cuiusdam serpentis erant positi. ε^2.
142	achyui	ab achao rege. y pro a positus.
148	Carminibus	.....di(misit narrare, quo modo incantatus esset) cuius dentes semina..... (ia.so) explet. Quidam tamen dicunt..... (ille fiat illius) cuius dentes seminauerat et alius, qui arborem custodiebat. ε^3. (Totum fere scholion paene euanidum).
152	lęthei	Lethes (!) est fluuius infernalis, dans obliuionem. ε^2.
170	Dissimilemque animum subiit ętate	i. assumpsit animum dissim. ab animo iasonis. — ęt. rel., quia in aet. relict. est. Vel subiit in animo suo rei petitę dissimilitudo. Subiit,

relictus — i. prouenit; iste enim rogauerat illam, quatinus suos demeret annos et patri adderet. Quod ista recusauit facere, quia isti aetas sua est relicta, illi uero, suo parenti, alia ętas addita. Vel alia sententia. Subiit, i. cogitauit animum hesonis esse dissimilem animo suo, quia ipse eam habebat odio, quippe qui senex erat et ętate relictus, i. ętas illum reliquerat et omnis res eum tedebat. Vel subiit pater eius ęthes animum eius, qui relictus erat ętate, i. quem ętas relinquerat, quia senex erat; animum dissimilem priori animo, quoniam illum patrem suum reliquit. Vel Dissimilemque a. s. oethe relictus, i. ęthe pater suus relictus subiit animum eius dissimilem animo iasonis, quia iason patrem suum iuuenem facere uolebat, ista autem patrem suum olim mortificare uolebat. ε^2.

186 serpunt — i. sonant frondes, s. fundes (?) sopitis. ε^2.

187 immotaeque silent — re uera non sonant frondes, quia silent. ε^2.

194 triceps — i. trinam capiens potestatem. ε^2.

208 Aera tuos min. — s. secundum choribantes, qui luna patiente eclypsin ęra percutiunt, ut luceat reuocata. ε^2.

218 draconum — s. quia currus cuiusdam draconis ad se uenerat, uel currus, quem dracones trahebant. ε^2.

247 carchesia — i. uasa sacrificiis dedicata. ε^2.

250 fraudare — i. ne tam cito auferant hesoni animam. ε^2.

269 strygis infames — i. nictimenes. ε^2.

s. propatris concubitu. ε^2.

272 scyniphei — oppidi. ε^2.

296 munus — s. quia iuuenes factę sunt. ε^2.

297 Neue doli cess. odium falsum — i ut manifestentur opera eius. ε^3.

cum esset uerum, quia iason diligebat daucem (sic) [ł creusam], filiam magni creontis. Unde ista irata eum fugit, sed et prius peliam

interfecit. Vel secundum aliam sententiam: Quod falsum odium assimulat cum coniuge, ideo scilicet, quia nolebat interficere peliam, quem iason odio habebat. ε^2.

Phasias assimulat falsum odium cum iasone, i. uerum demonstrat odium iasoni marito suo, quia diligebat aliam. ε^4.

306 sine fine pacisci — i. petunt medeam, ut pacisceretur precium, quod esset sine fine, et infinitam pecuniam, ut patrem suum faceret iuuenem. ε^3.

352 phylireia — philire mater chyronis fuit. ε^2.

353 cerambi — sacerdotis nimpharum. ε^2.

358 draconis — Hic tangit de serpente comedente uolucres in aulide, qui retinens formam serpentis postea in saxum mutatus est.

Vel aliter. Esculapius, filius apollinis, colitur ibi in similitudinem serpentis, qui callidus fuit.

361 Quaque pater cor. — Corithus dixerat iactando, quod, quoniam pater suus moreretur, sepeliret eum in medio mari. Quod et fecit facto tumulo de harena, in quo posuit eum. ε^3.

pater corythi i. cerberus. ε^3.

362 mera — proprium nomen mulieris, uel hecuba(!). ε^2. (cf. Lact. Plac. Argum.)

363 cheę matres — Ceę matres spernentes uenerem ostenderunt naturas suas herculi sociisque suis, dum rediret a gerione interfecto bicorpore, unde irata uenus in boues eas mutauit. ε^1.

chea est ciuitas. ε^2.

Hercules rediens de interfecto gerione bicorpore susceptus est in hospicio cei regis. Ubi cum suos labores narraret, ceę matres, i. matronę uel puellę, filię cęi, iunonem, cuius inuidioso iussu hercules haec passus fuerat, ceperunt execrare. Unde irata iuno capitibus earum hercule recedente imposuit cornua. Vel hercules

	imposuit eis cornua, quia sibi furatę sunt boues, uel quia formam suam ueneri praeposuerunt. ε^3. (cf. Lact. Plac. Argum.).
368 carcheia	loca sunt, uel quia ibi morabantur sculptores illorum uasorum. ε^2. (cf. ad 247.).
383 Ophyas	Ophias interfecit maritum suum, quę insecuta a priuignis, i. filiis combę, mutata est in auem. ε^2.
386 menephron	Menephron uoluit concumbere cum matre sua, indeuersus est in ferum. ε^2. (cf. Hyg. fab. 253 ?).
394 noua nupta	s. amica yasonis; uel dauce (sic, cf. ad 297), magni creontis filia, quam medea uenenis combussit, nupserat iasoni. ε^2. (cf. Myth. uat. I 25 et II 138).
	Medea, quod causa interfectionis pelię, aufugit, sed postea reuersa, inuenit glauce, filiam magni creontis, iasoni maritali lege copulatam. ε^3.
398 tytaniacis	Titania attribuerat currum medeę cum draconibus. ε^2.
399 iust. phoeneu	Phęneus cum suo patre perypha, reputans se esse iustissimum, sese ioui praeferebat. ε^2.
404 parenti	s. egeo, quia modo redibat ab externis regionibus et egeus pater eius quippe senex eum ignorabat. ε^2.
405 ysthmon	Insula est, in qua morabatur perythous, socius eius, quam a monstris uacuauerat. ε^2.
422 gladii	s. quem pater sibi dederat, quoniam profectus fuerat. ε^2.
434 tauri	i. minotauri, quem occidisti; uel alterius tauri. ε^2.
435 cromyona	ciuitas. ε^2.
436 epydauria	epy. est mons. ε^2.
437 prolem	Vel erictonium (!) dicit. uel cerperum, filium obrizię et uulcani, qui clauam homines interficiendo gerebat. ε^2. Quem theseus interfecit. ε^3.
440 senex (Sinis recte)	i. schyron s. senex latro. ε^3.
443 lelegeia	leleges sunt populi. ε^2.
444 composito	i. mortuo. ε^2.

	latronis	s. illius schyronis. Schiron fuit quidam latro, in artissimo loco residens, qui omnes transeuntes cogebat, ut se quasi deum adorarent. Ad quem cum theseus uenisset et eum se adorare simulasset, per crura accepit eum et precipitauit eum. ε^3.
453	Nec – nulla	duę negationes hic ponuntur secundum uulgaritatem, ubi una non operatur. ε^2.
457	patria	Mynos perdiderat filium suum in terram ęgei. ε^1.
458	Androgeique	s. nati sui, qui in publicis ludis erat interfectus. ε^2. prae inuidia. ε^3.
461	styphalegia	ciuitates sunt. ε^2.
463	myconum	ciuitas. ε^2.
	tymoli	montis. ε^2.
464	tyron	insulam. ε^2.
	zeryphon	ciuitas.
465	arcnen	ciuitas, uel arne fuit regina scithonię ε^2.
469	At non	Isti praedicti concitati sunt, sed isti non uenerunt. ε^2.
480	patrii luctus	s. pro filio athenis interfecto. ε^2.
481	rector-centum	In creta centum erant ciuitates, quarum mynos erat dominus. ε^2.
484	asopyades ł hosti (ε^2)	s. eacus ideo, quia egina filia fuit asopi. ε^2.
510	hostis	s. uictus est miles, uel abest, uel superest mihi, uel hosti deuincendo superat mihi miles. ε^2.
565	morbi	quia morbus alicuius non nisi per mortem finiebatur. ε^2.
616	asopydos egynę	In specie ..... iuppiter concubuit cum egina, asopi filia, unde eacus est genitus. ε^2.
623	dodoneo	dodon graece, quercus latine, inde silua dodonis silua quercina. ε^2.
654	origine	quia myrmidon graece, formica latine. ε^2.
668	phocus	Peleus et telamon erant de una matre, phocus de alia scilicet nimpha, quae dicitur salmace, filius erat. ε^2.

672 ęolidem — i. cephalum, qui dicitur ex progenie eoli et de terra illa, quae uocatur ęolia. ε^3.

681 actheis — i. e filiis pallantis. ε^2.

685 nereyus — i. phocus. Salmace, uxor eaci, fuit filia nerei. ε^2.

687 refert — i. Cephalus refert ea, ubi nullus pudor esset, si referret, s. unde iaculum haberet. ε^3.

704 liceat m. uera r. — uel ne irascatur mihi super hoc, quod dicam. uel istud dicam, quamuis sit ipsa dea spectabilis, i. quamuis sit multum pulcra, ego tamen procrim magis amabam quam eam. ε^3.

718 hęc erat — Quia aurora typonum habebat in maritum et cephalus eam uitiabat; similiter putabat procrin esse meretricem ut auroram. ε^3.

721 timori — Quod timebam eam non esse pudicam. ε^2.

728 fidei — s. illius, qua faciebam experimentum pudicitię eius. ε^3.

759 priorum — Themis dea prophetauerat uerbis obscuris de apro, quod a se immittetur, et prophetiam suam indignata est solui ab aliquo. quam naydes soluerunt. ε^2.

762 inulta — s. quod naydes soluerant sua responsa.

794 tacuit — s. quia puduit eum dicere de interfectione, sed phocus coegit eum narrare.

Vita.

Rudolfus Guilelmus Daniel Albertus Grau natus sum a. d. V. Cal. Mart. a. h. s. LXI Erfordiae patre Hermanno matre Rosalia e gente Wolf, quos adhuc superstites esse gaudeo. Fidei addictus sum euangelicae. Primis litterarum elementis imbutus nouem annorum puer gymnasium patriae urbis frequentaui, unde uere a. LXXXI maturitatis testimonio quod uocant munitus almam Musarum sedem adii Halensem. Ibi per quater sex menses usus sum praeceptoribus uu. dd. Dittenberger, Haym, Heydemann(†), Hiller(†), Keil, Schlottmann(†), Schum, Zacher(†) et proseminarii philologici per tria semestria sodalis fui. Praeterea Heydemann ad exercitationes archaeologicas, Schum ad exercitationes palaeographicas aditum mihi benigne permiserunt. Deinde Berolinum me contuli ibique per bis sex menses lectiones frequentaui uu. dd. Diels, Kirchhoff, Maas, Robert, Rödiger, Scherer(†), Vahlen. Ad exercitationes archaeologicas Roberti, ad philologicas suas Dielsii et Vahleni benignitas me admisit. Tum Halas reuersus Hilleri scholas per duo semestria audiui atque exercitationibus tam proseminarii quam seminarii philologici, quas Dittenbergerus, Hillerus, Keilius moderabantur, interfui. Quorum uirorum omnium optime de me meritorum nomina grata piaque memoria prosequi non desinam. In primis autem uiro illustrissimo Henrico Keilio, quem insigni benignitate mihi numquam non adfuisse laetabundus profiteor, gratias ago quam maximas.

Ineunte auctumno LXXXV Dresdam petii, ubi munere praeceptoris domestici fungerer; inde, postquam a. LXXXVII/VIII stipendia merui, uere a. XCI Halas reuerti.



Lo 10.693
De Ovidii Metamorphoseon codice amp
Widener Library 007620337
3 2044 085 214 195